



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

V. Practicæ Resolutiones circa prædicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

744. *Moralis Theologie Tract. VII. Sacra*menta, animam Deo, veluti quoddam templum, reddat sacram. Tertiò, ut homo vi illius in ius, & potestate Dei specia lissimo transferatur. Quartò, ut per eum Christo, eiusque membris similis fiat. Quintò denique, & ad alia Sacramenta vel recipienda, vel administranda disponat.

C A P V T . V.

*Praxis circa materiam de Sacra*mentis in genere Societatis I E S V Doctoribus.

19. **D**ixitribus perfici Sacramentum, materia, forma, & intentione ministri: rogo, an requirant Sacramentum intentionem? Præter Eucharistiam omnia Sacramenta requirunt intentionem in suspicente adulto. Gaspar Hurtado in *Sacram. in gen. d. 4. diffic...*

Hurt.

20. Requiriturne actualis in ministro intentio? Triplicem scio esse posse intentionem actualem, virtualem, & habitualē. Actualis est, quando actu cogito, & intendo agere, quod ago. Virtualis, cum fuit mihi talis intentio, sed postea absque retractatione cessauit, manente adhuc opere, vel effectu ipsius intentionis, à qua ortum habuit, vel cum ea immmediatè, vel mediatè connexum est. Habitualis, cum aliquando habitui intentionem aliquid faciendi, quam nunquam retrahui: sed nec in se, nec in alio perseuerat, quod habeat cum illa connexionem. Porro Reginaldus tom. 2. lib. 26. cap. 3. n. 3. docet, sufficere in ministro intentionem virtualem in alla intentione suapte natura, vel ex Ecclesiæ intentione implicitam. v. gr. intentio celebrandi, quæ includitur in intentione induendi vestes Sacerdotales iuxta morem Ecclesiæ; quia ob similem connexionem intentio vocationis castitatem in intentione suscipiendo subdiaconatum includitur; ex institutione enim Ecclesiæ connexa sunt, & qui vult unum, velle etiam aliud censemur. At Henriquez lib. 1. cap. 10. num. 2. estimauit, ad confiencia Sacramenta quæcumque non aliam intentionem esse necessariam ab ea, qua quis sacros suscepit Ordines, ut Sacerdos fieret, & Christi minister euaderet. Profetò cum communi Doctorum assero, nec actualem intentionem requiri, nec habitualē sufficere; sed requiri, & sufficere virtualem.

Regin.

Henriq.

21. Quanam autem intentio requiritur in suspicente? Sufficit

Examen I. De Sacramentis in genere. 745

hicit intentio generalis, quam omnis Christicola habet catholicè viuens, ut sibi Sacraenta conferatur, quando cumque indiguerit. v.gr. huiusmodi consensum Ecclesia in moribundo præsumit, dum Extremam ei licet non petitam exhibet Vnctionem. Hurtado d.4. diff. 14.

Hurtad.

22. Scio in ministro omnia Sacraenta gratiam requirere, ut licet efficiantur: requiro, quid in necessitate, dum Parochus existens in mortali vocatur ad agnum morientem festinanter, qui moraliter videtur disponi non posse per confessionem, aut contritionem? C.ard. de Lugo de Sacram. d.8. sect.9. num. 151. Lugo. talem ministrum ab obligatione dispositionis excusat; quia necessitas proximi, in cuius subsidium Sacraenta sunt instituta, præcepto de ministrandis illis in gratia, præponderat.

23. Conferunt ne omnia Sacraenta primam gratiam? Baptismus & pœnitentia ex sua institutione conferunt gratiam primam; id est, eam, quæ nullam aliam supponit in subiecto; reliqua verò Sacraenta ad augendam gratiam sunt instituta, & supponunt suscipientem in gratia constitutum, nec conferunt primam gratiam primariò & per se, per accidens autem conferre posse, Doctores affirmant. Hurtado d. 3. Hurt. diff. 4.

24. Accipit quis aliquod Sacramentum cum fictione, v. gr. quando intentio deficit: sublata ne illa fictione, & mutata voluntate, recipit effectum? Minimè; culpa graui omnia vitante, (de Baptismo autem suo loco dicendum.) Secus quidem de eo, qui recipit Pœnitentiæ Sacramentum prætermissa inculpabiliter attritione^f; sublata enim fictione, id est attritione posita consequitur Sacramenti effectum, & gratiam respondentem Sacramento præterito. Sic Coninch. ^{Tan. sum.} Conin.

25. Sunt ne publico peccatori indignè petenti administranda Sacraenta? Minimè. Secus dicendum de peccatore occulto publicè petenti, & qui sine scandalo, & infamia repellere non possit. Profectò nomine publici peccatoris intellige Histriolum, qui comedias turpes turpiter repræsentat; aut usurrium publicum & notorium. Fateor posse Sacerdotem publico peccatori ob metum Sacraenta administrare; affirmandoque non posse huiusmodi peccatori hostiam non consecratam exhibere, ne ad idolatriæ materialis barathrium alliciat. Ex eodem Coninch.

Conin.

26. Num fides sit necessaria in Sacramentorum ministerio? Respondeo ex Busæ necessariorum non esse, primò quia sic est Busæ, in Concil. Nicæno 1. definitum. Deinde quia minister nihil in Sacramento agit nisi virtute diuina.

A A a

27. Ext

746 Moral. Theologia Tract. VII. Sacra menta,

Suar. 27. Existit quis in mortali; necessum baptizare, aut aliud
Sacramentum ministrare: quidnam ei praestandum? Ex Suar. respondeo ad ministrandum Sacramentum, quod simul effici-
tur, contritionem requiri, nisi quis baptizet in necessitate sine
solemnitate, aut Matrimonio, ut parochus assistat. Continuo-
nem dixero saltem secundum conatum & inculpabilem ho-
minis opinionem.

Tolet. 28. Si cognosco Ministrum esse excommunicatum, possum re-
ab ipso Sacra menta accipere? Cum Tolet, Suar, & Valentia
Suar. respondeo Sacra menta accipienda à Pastore etiam si sic
Valent. quis esse irregularem, aut suspensum, aut excommunicatum,
modo denunciatus non sit aut notorius Clerici percussor, il-
lum verò subdito penitenti ministrando peccare si per ipsum
stet: at si non stat per ipsum quomodo absoluatur, aut aliter
subdito satisfacere nequeat, non delinquere.

Tolet. 29. Quid in mortis articulo? Licet tunc accipere Bapti-
mum, & poenitentiam à nominati excommunicato, etiam
ab heretico. Ex Tolet, qui quidem adiicit, quo quis tempore
licere accipere Sacra menta ab eo, qui non est denunciatus
excommunicatus, aut notorius Clerici percussor, si non po-
test commodè ab alio habere & tuæ necessitati aut spirituali
utilitati prouidere.

Sanch. 30. Peccant ne contrahentes Matrimonium in peccato mor-
tali? Multos ob ignorantiam excusari Sanchez affirmit; quia
non sunt ministri consecrati.



EXAMEN II.

Circa materiam de Baptismo.

CAPUT PRIMUM.

De Baptismi definitione, institutione, proprieta-
tibus ac ritu.

§. I.
Baptis-
mus tri-
plex.



I. Vid Baptismus? Sacramentum consistens in abluti-
tione corporis exteriori sub praescripta verbo-
rum forma à Christo instituta ad regeneratio-
nem spiritualem. Institutus planè Baptinus,
quando Christus à Ioanne fuit in Jordane dilutus. Necesse fuit
quidem